

## DISPUTATIO XVII.

### De Essentia Ministro & Patrinis Baptismi.

Post considerata **Sacramenta** in genere primò  
venit examinandum **Sacramentum Baptismi**,  
quod physicè definitur: exterior corporis ablutio  
per aquam sub præscriptâ verborum formâ, Meta-  
physicè: **Sacramentum novæ Legis ad regenera-  
tionem spiritualem institutum**. De hoc sit

### QUÆSTIO I.

Quando institutus est & incepit obligare **Baptismus**?

DICO: Tunc videtur aliquod **Sacramentum in-  
stitui**, quando accipit **Virtutem producendi  
suum effectum**, hanc autem **Virtutem accepit Bap-  
tismus**, quando **Christus est baptizatus**. Unde tunc  
verè **Baptismus institutus fuit quantum ad ipsum Sa-  
cramentum**; sed necessitas utendi hoc **Sacramento**  
indicta fuit hominibus post **Passionem & Resurrec-  
tum S. Th.** hic Q. 66. a. 2. O.

Prima Pars probatur: **Baptismus fuit institutus  
ante Passionem**, sed non alio, quām assignato  
tempore; ergo; probatur maj. **Baptismus prius  
institutus fuit**, quām cætera **Sacramenta**: est enim  
janua aliorum **Sacramentorum**, & sine Baptismo  
Apostoli non erant capaces recipiendi cætera **Sa-  
cramenta**; atqui **Sacramenta Eucharistiae & Sacer-  
dotii ante Passionem sunt instituta & collata Apo-  
stolis**: siquidem Apostoli per illa verba: *Hoc fa-  
cite in meam Commemorationem*: fuerunt ordinati  
Sacerdotes, ut testatur Trident. Sess. 22. de Sacrif.  
Miss. Can. 2. ergo etiam **Baptismus ante Passionem**

fuit institutus, eadem major confirmatur Joan. 13.  
¶. 22. dicitur: *Venit Iesus & Discipuli ejus interram Iudeam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat, & Joan. 4. invidiae causa narratur, quod Iesus baptizaret: ubi ¶. 2. Quanquam Iesus non baptizaret, sed Discipuli ejus; ergo fuit ante Passione Christi institutus & collatus Baptismus non Joannis, alias non fuisset locus invidiae sed potius gaudii Joannis Discipulis, sed distinctus a Christo specialiter institutus Baptismus, de quo Johannes dixerat Joan. 1. ¶. 22. Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto.*

Minor, quam negat Scotus in 4. dist. 3. q. 4 n. 2. Probatur: Tunc instituitur Sacramentum, quando determinatur materia & forma, & haec assumuntur in signum causativum Gratiae; atque, quando Christus in aqua Jordanis fuit baptizatus, est determinata materia & forma Baptismi tanquam significativa Gratia: Materia quidem, quia tunc aqua juxta mentem SS. PP. accepit vim spiritualiter regenerandi; ita enim S. Aug. serm. 36. de temp. Ex quo Salvator in aqua se mersit, ex omnium gurgitum tractus cunctorumque fontium unius mysterio Baptismatis consecravit, & quisquis ibi in nomine Domini baptizari voluerit, non tam illum mundi aqua diluit, quam Christi unda purificat. Salvator autem ideo baptizari voluit, non ut sibi munditiam acquireret, sed ut nobis fluenta munda-ret. Forma determinata fuit in explicita & distincta sanctissimae Trinitatis expressione: nam Pater in voce, Filius in carne, & Spiritus sanctus in specie Columbae apparuit; effectus quoque Baptismi eodem tempore fuit manifestatus per apertitionem celi; unde tunc Baptismus verè institutus fuit, quantum ad ipsum Sacramentum licet

necessitatem

De Esse  
necessitas  
hominibus  
Christi Mat  
tes, bapti  
Spiritus san  
Obj. 1.  
Spiritus da  
rus; id est:  
tatus; atqu  
confertur,  
& collatus  
fuit datus;  
Passionem C  
caciem.

¶. Spir  
datus formā  
die Pentecō  
lute autem e  
sic beata M  
passionem C  
nunt Gratia  
fuit Baptis  
erat incho  
num Sacr  
dendum ta  
mo post pa  
quod habet  
completan  
& Lex bap  
ac omnib  
Baptismun

Obj. 2.  
dicit: Sac  
rius Baptis  
tentione, &

DE ESSENT. MINIST. ET PATRINIS BAPT. 327  
necessitas utendi hoc Sacramento indicata fuerit  
hominibus post Passionem & Resurrectionem  
Christi Matth. ult. v. 19. Euntes docete omnes gen-  
tes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii &  
Spiritus sancti.

Obj. 1. Joan. 7. v. 39. dicitur: Nondum erat  
Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorifica-  
tus: id est: quia nondum erat mortuus & resulci-  
tatus; atqui si Baptismus, quo Spiritus sanctus  
confertur, ante Christi Passionem fuit institutus  
& collatus, jam Spiritus sanctus ante Passionem  
fuit datus; ergo non fuit Baptismus institutus ante  
Passionem Christi, à qua habet omnem suam effi-  
ciam.

¶. Spiritus sanctus ante Passionem non fuit  
datus formâ visibili & in illa plenitudine, in qua  
die Pentecostes super Apostolos descendit; abso-  
lutè autem datus fuit invisibiliter ante passionem;  
sic beata Maria Magdalena, aliique plutes ante  
passionem Christi per Christum justificati recepe-  
runt Gratiam sanctificantem, & quando institutus  
fuit Baptismus ante passionem, passio Christi jam  
erat inchoata: quia tota vita Christi fuit conti-  
nuum Sacrificium passionis infiniti meriti; conce-  
dendum tamen est, quod multa accesserint Baptis-  
mo post passionem, ut quod aperiret januam cœli,  
quod haberet significationem consummatam &  
completam, quod facultas daretur Apostolis imò  
& Lex baptizandi omnes gentes, & ipsis gentibus  
ac omnibus hominibus præceptum suscipiendi  
Baptismum.

Obj. 2. S. Th. hic Q. 73. a. 5. ad 4. in terminis  
dicit: Sacramentum Eucharistiae, quamvis sit poste-  
rius Baptismo in perceptione, est tamen prius in in-  
tentione, & ideo debuit prius institui; atqui Eucha-  
ristia

ristia fuit immediatè instituta ante passionem ; ergo Baptismus debuit post passionem secundùm S. D. institui.

**R.** Quòd S. D. velit, quòd Sacramentum Eucharistiæ debuerit prius institui Baptismo promulgativè non verò designativè, quod satis colligitur ex ipsis verbis, quæ cit. L. adduntur : *Vel potest dici, quòd Baptismus jam erat aliqualiter (intellige determinativè & designativè) institutus in ipso Christi Baptismo, unde etiam aliqui ipso Christi Baptismo erant baptizati, ut legitur Joan. 3.*

**Obj. 3.** Baptismus, quem Christus in Jordane recepit, erat Baptismus Joannis, & non Christi, nec forma Baptismi fuit prolata, prinsquam post resurrectionem Christus ad discipulos diceret: *Euntes docete omnes gentes &c.*

**R.** Baptismus, quem Christus in Jordane recepit, etat quidem Joannis, prout activè à Joanne procedebat, etat autem Baptismus Christi, prout passivè à Christo recipiebatur : sic enim Christus suâ voluntate efficaci volebat aquis moraliter imprimi Virtutem mundativam peccati, quoties ipsius nomine & ministerio applicarentur cum invocatione sanctissimæ Trinitatis, cuius mysterium tum temporis etiam repræsentativè fuit explicatum, quamvis autem non inveniatur expressè in Scriptura forma Baptismi, inde tamen plus non sequitur, quam Baptismum tunc, quando forma fuit expressa, videlicet Matth. ult. prius promulgatum fuisse: cum ex ipso, quòd Apostoli ante passionem Christi baptizaverint, necesse fuerit, illos tenuisse formam Baptismo essentialē.

*Secunda Pars probatur : Cùm Baptismus sit totum fundamentum Legis Evangelicæ, ejus obligatio incepit statim, quamprimum Lex Evangelica cœpit*

Dz Es  
cœpit obli  
gavit, qu  
unius enim  
autem Mo  
tincta in n  
Evangelica  
gate, & c  
Baptismi,  
menti.

**Obj. 1.**  
innotitiam  
gelicæ pri  
Apostoli I  
teà Lex Ev  
ter præcep

**R.** Lice  
gis, qui  
tunc per  
público e  
autem pos  
lis Legen  
Matth. ul  
cate Eva  
baptizatu  
Lex Bapti  
vincibilit  
farentur :

**Obj. 2.**  
monia le  
observata  
legitur P  
iphi Apol  
15. ¶ 28  
¶ nobis,  
necessaria

cœpit obligare; atqui Lex Evangelica statim obligavit, quamprimum Lex Mosaica fuit extincta: unius enim corruptio fuit generatio alterius; Lex autem Mosaica quoad totam vim obligandi fuit extincta in morte & resurrectione Christi; ergo Lex Evangelica statim post resurrectionem cœpit obligare, & consequenter etiam cœpit obligare Lex Baptismi, qui est janua ad Ecclesiam novi Testamenti.

**Obj. 1.** Lex non prius obligat, quam venerit in notitiam subditorum, atqui notitia Legis Evangelicæ prius incepit in die Pentecostes, quando Apostoli Legem novam promulgavunt; ergo antea Lex Evangelica non obligabat, nec consequenter præceptum Baptismi.

**¶.** Licet subditi excusentur à transgressione Legis, qui eam invincibiliter ignorant, attamen tunc per se obligare incipit Lex, quamprimum publico edicto Principis proponitur; Christus autem post Resurrectionem suam apparetis discipulis Legem Baptismi publicè promulgavit dicens Matth. ult. *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creature, qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit;* & ab illa die cœpit Lex Baptismi esse in præcepto, licet illi, qui invincibiliter adhuc ignorarent talem Legem, excusatentur à peccato.

**Obj. 2.** Legalia ut Circumcisio aliæque cæmoniæ legales diu post resurrectionem Christi sunt observatae ab Apostolis: sic in Actis Apostolorum legitur Paulus circumcidisse Timotheum, imo ipsi Apostoli in primo Concilio congregati Act. 15. ¶. 28. decreverunt: *Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hac necessaria* ¶. 29. *ut abstineatis vos ab immolatis si-*

mulachrorum & sanguine & suffocato. Abstinentia autem ab his cibis vetitis erat pura cæremonia legalis; ergo statim post resurrectionem non cessavit Virtus & Obligatio Legis veteris, & conle- quenter non incepit obligatio Baptismi.

**¶.** A resurrectione Chrtisti usque ad sufficientem divulgationem Evangelii legalia sive cæremoniæ Legis veteris erant mortuæ, ac proinde nullam virtutem obligandi habebant, non tamen erant mortiferæ; quia illi, qui ex Judæis ad Christum erant conversi, poterant illas observare, dummodo non reputarent ad salutem necessarias, quod auctem Apostoli præceperint observari quædam legalia Act. 15. id non est factum, quasi adhuc fuerit obligatio observandi Legem veterem, sed ut facilius Gentes & Judæi coadunarentur, procedente verò tempore cessante hâc causâ cessavit effe-ctus, manifestatâ Evangelii veritate, quâ Christus Math. 15. v. 11. dicit: *Non, quod intratos, coinquinat hominem.*

## Q U Ä S T I O II.

### *Quæ Materia, Forma, & Ritus Baptismi?*

**DICO I.** Per se requiritur ad Baptismum corporalis ablutio per aquam. **S. Th.** hic Q. 66. a. 7. ad 1. sive materia remota Baptismi est sola aqua aqua elementaris actualiter fluida, proxima est ablutio.

**Prima Pars** Est definita in Con. Lateran. relato in cap. firmiter de sum. Trin. lib. 1. tit. 1. Florent. in decreto unionis in Trid. Sess. 7. Can. 2. de Bapt. Si quis dixerit, aquam veram & naturalem non esse de necessitate Baptismi, atque ideo verba illa Domini nostri JEsu Christi: nisi quis renatus fuerit

ex

De E  
ex aqua  
detorserit  
congruerit  
a S. D. hi  
nobis per  
liorum in  
si sic aqua  
abluendi  
in qua ex  
Extra e  
est sola ac  
præscript  
prætermitt  
materia e  
bus astet  
etiam Ac  
ut aqua ei  
validus e  
aquâ defi  
decocto  
si autem  
quod ex  
invalidu  
succi he  
tismi, e  
quatâ ui  
que pro  
casu nec  
grandio  
veniant  
zantis re  
di resolv  
Obj. i  
stis in cru  
matetia l

ex aqua & spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorserit, Anathema sit. Ratio præter varias congruentias ex aquæ virtute emundativa petitas, &c a S. D. hic a. 3. allegatas, est institutio Christi, quæ nobis per sacram Scripturam & definitiones Conciliorum innotescit. *Dixi*: actualiter fluida: quia si sit aqua concreta, ut glacies: non est ad usum ablueri idonea, proinde non est materia remota, in qua exercetur materia proxima nempe ablutio.

Extrâ casum necessitatis licita materia Baptismi est sola aqua sacri Fontis benedicti: quia hæc est præscripta ab Ecclesia, unde sine gravi causa illam prætermittere est peccatum mortale: alias valida materia est 1mō Aqua qualibuscunque qualitatibus affecta, modo vera sit aqua naturalis. 2dō etiam Aqua ita leviter aliis corporibus permixta, ut aqua elementaris notabiliter prædominetur; unde validus esset Baptismus, & in casu necessitatis aliâ aquâ deficiente adhibendus in jusculo carnis leviter decocto, in lixivio cineribus leviter imbibito; si autem plus sit de aliena substantia, quam de aqua, quod ex spissitudine perspici potest, est Baptismus invalidus. 3tō Alii liquores: ut vinum, oleum, succi herbarum &c. non sunt materia valida Baptismi, de aqua tamen virtute ignis ex herbis eliquatâ ut aquâ rosaceâ est dubium, propter utrimque probabiles Authorum sententias: proinde in casu necessitatis adhiberi possit. Glacies & nix & grando sunt materia sufficiens, si, antequam perveniant ad corpus baptizandi, in manibus baptizantis resolvantur, non verò si in corpore baptizandi resolvantur.

*Obj. 1.* Per aquam, quæ fluxit ex Latere Christi in cruce, fuit expressum hoc Sacramentum & materia Baptismi; atqui aqua, quæ fluxit ex Late-

re Christi, non fuit Aqua elementaris, sed humor quidam phlegmaticus; ergo neque Sacramentum requirit talem materiam.

*R<sub>e</sub>.* Negando Consequentiam: quia non requiritur, ut figura univocè conveniat cum re figurata; **Aqua** autem Lateris Christi fuit figura Aquæ Baptismatis, unde dato: quòd illa aqua non fuerit elementaris, non sequitur tamen, quòd materia Baptismi non sit **Aqua** elementaris. *Dixi*: dato; quia, ut asserit in cap. in quadam 8. de celebr. Miss. lib. 3. tit. 41. Innocentius III. **Aqua**, quæ fluxit ex Latere Christi, fuit per miraculum vera aqua naturalis & elementaris.

*Obj. 2.* Matth. 3. ¶. 11. dicit Joannes Baptista: *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam.. ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.*

*R<sub>e</sub>.* Per ly *in Spiritu sancto* non excludi materiam aquæ, sed indicari solùm præminentiam Baptismi Christi præ Baptismo Joannis, eò quòd suscipientibus conferat gratiam Spiritus sancti ly *Igni* autem significat pœnas inferni, quibus demergendi sunt, qui in peccato mortali moriuntur, quia S. Joannes cit. loco loquitur de duplice adventu Christi: ut Redemptoris, & Judicis; ut Redemptor baptizat aquâ & Spiritu sancto, ut Judex demergit peccatores in ignem æternum, ut patet legenti totum Textum.

*Secunda Pars probatur*: In Sacramentis in usu consistentibus materia proxima est actio transiens, quæ versatur circà materiam remotam; atqui in Baptismo nulla alia adest actio, quæ versatur circà aquam, quam ablutio, & hæc actio determinatur per formam: *Ego te baptizo*: ad significandam practicè gratiam; ergo ablutio est materia proxima Baptismi.

Portò

De I  
porre  
physicu  
non suff  
sine con  
tus. 2.  
quantita  
ratio, c  
cessivum  
intam n  
tem tali  
solet dic  
præserti  
dum ext  
terna del  
non sign  
per illat  
perinde  
nem siv  
cirè con  
consuet  
aliud su

Sed  
infans  
mine?  
quod v  
enim t  
submer  
quin in  
talis i  
Deinde  
etiam a  
quia no  
*Dice*  
fieri, q  
enim B

porrò ut sit ablutio debet imò esse contactus physicus inter aquam & corpus baptizati ; quare non sufficeret , quod vestes aquâ tangerentur ; quia sine contactu ad corpus homo non censematur verè latus . 2dò requiritur major , quam unius guttae quantitas : aspersio enim unius guttae magis est irratio , quam ablutio : quia ablutio requirit successivum aquæ contactum ad corpus , quæ successio in tam modica parte non salvatur . 3tiò debet saltem talis pars corporis ablui , ratione cuius homo solet dici ablutus , ut collum , humeri , pectus & præsertim caput , quod in praxi est semper abluendum extrâ casum necessitatis ; quia ablutio illa extera debet significare ablutionem internam , quam non significat , quamdiu non est ablutio tanta , ut per illam homo verè ablutus denominari possit ; perinde autem est , sive ablutio fiat per immersiōnem sive per affusionem ; ut tamen Baptismus licet conferatur , observanda est cujusque Ecclesiæ consuetudo , nisi necessitas & extremum periculum aliud suadeant .

Sed an valeat Baptismus in immersione , quam infans ex intentione baptizandi submergitur in flumine ? Doctores variant : probabilius videtur , quod valeat : quia nihil essentiale deest : licet enim talis immersio sit occisiva & coniuncta cum submersione ; ipsa tamen submersio non impedit , quin infans reverè abluatur , hoc certum est , quod talis infans sub conditione esset rebaptizandus . Deinde quod talis modus baptizandi infantem etiam alias sine Baptismo moriturum sit illicitus : quia non sunt facienda mala , ut eveniant bona .

*Dices :* Ablutio Baptismi eo modo debet fieri , quo Christus à S. Joanne fuit baptizatus : illo enim Baptismo designavit Christus non tantum

mate-

materiam remotam, sed etiam proximam Baptismi; atqui Christus fuit baptizatus per immersionem non per affusionem aquæ: dicit enim Textus, Christum ascendisse ex aqua.

R<sup>2</sup>. Christum baptizatum esse per affusionem: cùm enim Christus in aquam descendenterit, si per illum descensum vel immersionem, quæ fiebat descendendo, fuisset baptizatus, sequeretur quod à seipso non à S. Joanne fuisset baptizatus; unde præter illum descensum Christi in aquam, fuit etiam Christus à S. Joanne aquâ perfosus; veluti Eunuchus à Philippo Diacono fuit baptizatus referente S. Luca in Act. Apost. cap. 8. v. 38. *Descen-*  
*derunt uterque in aquam, Philippus & Eunuchus,*  
*& baptizavit eum;* dato etiam: quod Christus per immersionem baptizatus fuisset, inde tamen non sequeretur, Baptismum fieri non posse per affusionem; sicut non sequitur: si Christus consecravit in vino albo; ergo non potest fieri consecratio in rubro: illo enim Baptismo, quo Christus baptizatus pro materia proxima determinavit ablutionem per aquam, non determinavit eandem secundum modum specificum abluendi, sed secundum rationem genericam.

DICO 2. *Hec est conveniens forma Baptismi:*  
*Ego te baptizo in nomine Patris & Fili & Spiritus*  
*santi. S. Th. hic Q. 66. a. 5. O.*

Probatur: Conclusio ex Trid. Sess. 7. de Bapt. can. 4. in hac autem formâ essentialia & necessaria ad valorem Sacramenti requisita sunt: imò expressio actus baptismationis, quæ fit per Verbum: baptizo, aut aliud æquivalens; ratio est: quia materia Baptismi de se indifferens ad refrigerationem vel emundationem debet per formam determinari ad significandam emundationem; atqui nisi ablu-

De E  
tio expr  
manet i  
exprimi.  
plicita e  
quia jux  
torum su  
nificant  
atqui n  
qualiter  
Dico :  
expressio  
men Ego  
mālatinā  
metur S  
valida &  
tentinum  
zette Chi  
actionem  
fentia exp  
men Te,  
tua: vel  
corum:  
actio Bap  
terminari  
itā non sig  
quippe in  
te & ind  
quis plur  
etiam pl  
410 Est d  
nitatis Di  
Matth. ul  
sae. Rati  
lo conve  
Trinitati

DE ESSENT. MINIST. ET PATRINIS BAPT. 335

tio exprimatur, ipsa actio non determinatur, sed manet indiferens; ergo ablutio debet in forma exprimi. 2dō Requiritur saltem indirecta & implicita expressio personæ baptizantis, *Ratio est*: quia juxta institutionem Christi formæ Sacramentorum sunt quædam orationes practicæ, quæ significant id, quod hic & nunc agitur à ministro; atqui non significant hoc practicè, nisi aliquiliter exprimeretur persona illius ministri. *Dico*: *Aliqualiter*: quia non est de essentia expressio explicita personæ baptizantis per pronomen *Ego* vel indicativum *baptizo*: usitatum in formâ latinâ: siquidem hæc forma Græcorum: *Baptizetur Servus Christi in nomine Patris & Filii &c.* valida & licita est apud Græcos, ut declaravit Florentinum, quâ formâ implicitè significatur: *Baptizet te Christus per me exercente hanc sensibilem actionem*, in nomine Patris &c. 3tō *Est de essentia expressio personæ baptizatæ vel per pronomen *Te**, ut sit in forma Latinorum: *Ego te baptizo*: vel sub nomine generali: ut in forma Græcorum: *Baptizetur servus Christi*. *Ratio est*: quia actio Baptismi debet per formam significari & determinari, quatenus hic & nunc exercita; atqui ita non significatur sine expressione subjecti: unitas quippe individualis ablutionis desumitur ex unitate & individuatione personæ baptizatæ; unde si quis plures simul aspergendo baptizaret, deberet etiam pluraliter exprimere: *Ego vos baptizo*. 4tō *Est de valore formæ expressio Unitatis & Trinitatis Divinæ* *Ratio à priori* est institutio Christi Matth. ult. & consensus ac perpetua praxis Ecclesiæ. *Ratio Congruentia est*: quod in illo Sacramento conveniens sit exprimi mysterium sanctissimæ Trinitatis, per quod intratur in Unitatem Fidei &

Ecclesiæ, cuius potissimum Mysterium & funda-  
mentum est sanctissima Trinitas ; atqui per Bap-  
tismum intratur in Ecclesiam Dei & Unitatem Fi-  
dei ; ergo. Unde non valet Baptismus collatus  
in nominibus Patris & Filii & Spiritus sancti :  
quia tunc non exprimitur Unitas Divinarum Per-  
sonarum. Neque si dicatur : In nomine sanctissi-  
mæ Trinitatis : quia distinctio personarum non  
exprimitur, juxta institutionem Christi ; neque si  
dicatur : In nomine Genitoris geniti & proceden-  
tis ab utroque : quia tametsi tunc exprimatur di-  
stinctio personarum secundum origines, non ta-  
men secundum proprietates personarum, quas ex-  
primi instituit Christus , & quæ ad captum fide-  
lium sunt magis accommodatae ; ideoque talis  
Baptismus ad minus erit dubius , nec valebit Bap-  
tismus collatus in nomine primæ , secundæ & ter-  
tiæ Personæ : quia neque hæ voces exprimunt di-  
vinas Personas secundum proprietates personales.  
Denique Baptismus dubius erit, si dicatur : Ego  
Te baptizo in Virtute Patris , & Filii & Spiritus  
sancti , quia dubium est an voces : in Virtute,  
Authoritate, Majestate, sint synonyma cum voce:  
In nomine.

*Obj.* In Act. Apost. cap. 8. §. 12. dicitur : *In*  
*nomine Iesu Christi baptizabantur Viri ac mulieres,*  
*& paulò post §. 16. Baptizati tantum erant in no-*  
*magine Domini Iesu.* & cap. 19. §. 5. *His auditis*  
*baptizati sunt in nomine Domini Iesu.* Ex quibus  
videtur deduci : quod Apostoli solum nomen  
Christi in forma Baptismi expreaserint ; atqui idem  
est Baptismus Apostolorum & noster ; ergo idem  
ad nostrum sufficeret : nempe expressio Nominis  
Iesu Christi.

*¶.* Ut loquitur S. Th. hic a. 6. ad 1. quem  
sequi-

DE ESSENT. MINISTR. ET PATRINIS BAPT. 337  
sequitur Catechismus Romanus cap. de Bapt. Ex speciali Christi revelatione Apostoli in primitiva Ecclesia in nomine Christi baptizabant, ut nomen Christi, quod erat odiosum Iudeis & Gentilibus honorabile redderetur, per hoc, quod ad eum invocationem Spiritus sanctus dabatur in Baptismo, quâ ratione postmodum cessante cessavit etiam dispensatio, quamvis etiam alii probabiliter dicant: Apostolos baptizasse in nomine Christi, non quasi duas personas nominare omisissent, sed quia cum voce Filii adjunxerunt voces IESU Christi dicendo: Ego Te baptizo in nomine Patris & Filii IESU Christi & Spiritus sancti. Sicut ex eo, quod 1. Cor. 2. v. 13. dicitur. Omnes baptizatos esse in Spiritu sancto, non excluduntur duæ reliquæ personæ, ad id, quod solet adduci ex Can. à quodam 24. dist. IV. de Consecr. in quo Nicolaus I. P. respondit valere Baptismum in nomine Christi collatum.

Respondent quidam Nicolaum I. P. tanquam privatum Doctorem existimasse; quod valeat Baptismus expresso solo nomine Christi, verum difficile videtur aliis hunc Pontificem velut privatum Doctorem tenuisse Sententiam universalis Ecclesiarum doctrinæ contrariam, unde aliter responderi potest, quod his verbis: *Hi profectò, si in nomine sanctæ Trinitatis vel tantum in Christi nomine, sicut in actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt (unum quippe idemque est, ut sanctus exponit Ambrosius) constat eos non esse denuò baptizandos.* Summus Pontifex intellexerit Baptismum Christi distinctum à Baptismo Joannis, vel collatum in Virtute IESU Christi expressis tamen sanctissimæ Trinitatis nominibus, & hanc fuisse mentem Nicolai I. optimè colligitur ex eo, quod conformiter S. Ambrosii expositioni voluerit loqui, expo-

Pars III. Theol. Schol.

Y

suit

Sunt autem S. Ambrosius illa verba in nomine Christi ita, ut simul voluerit expressa esse sanctissimæ Trinitatis nomina.

DICO 3. *Cetera omnia, quæ in ritu baptizandi observat Ecclesia, magis pertinent ad quandam solemnitatem Sacramenti.* S. Th. hic Q. 66. a. 10. O. Sive ritus quos Ecclesia adhibet in collatione Baptismi, non sunt quidem de necessitate Sacramenti, attamen convenienter adhibentur.

*Prima Pars probatur:* Illa sola sunt de necessitate Sacramenti, quæ ad illud requiruntur ex institutione Christi; atqui ritus alii præter materiam & formam non requiruntur ad Baptismum ex institutione Christi: sunt enim ab Ecclesia instituti, ad quam pertinet præcipue ea, quæ ad decentem Sacramentorum administrationem pertinent.

*Secunda Pars probatur:* Adducendo congruentias ex S. Th. Hi Ritus & Cæremoniæ ex antiquissima traditione, quæ ab Apostolorum temporibus ortum habet, fuerunt in Ecclesia institutæ ad extandam fidem & devotionem fidelium, ad repellendas dæmonum infestationes, ad conciliandam Baptismo solemnitatem & splendorem, ad significandos mirificos hujus Sacramenti effectus. Unde istos ritus extra necessitatem omittere est ex genere suo peccatum mortale, nisi materiae parvitas excusat. *Dixi extra necessitatem:* quia si urgente necessitate Baptismus solum privatim conferatur, licet hæ cæremoniæ omituntur, vel potius diffunduntur postmodum in Ecclesia baptismali à proprio Parocho supplendæ.

Sunt autem sequentes ritus in Baptismo adhiberi soliti, quorum aliqui antecedunt Baptismum videlicet. Imò Consecratio Aquæ baptismalis, quæ extra casum necessitatis sine peccato mortali omitti nequit,

DE ESSENT. MINIST. ET PATRINIS BAPT. 339  
nequit, 2dò Petitio Baptismi, & impositio no-  
minis, qui ritus ità ab Ecclesia adhuc servatur: si  
baptizandus adultus sit, instruitur in fide, & suffi-  
cienter instructus ad Ecclesiam accedit Baptismum  
susceptatus, & stans in foribus Ecclesiæ interroga-  
tur à Ministro, quo nomine insigniri velit, res-  
pondetque ipse, si adultus sit, alias loco ipsius  
Patrinus, 3tò Trina insufflatio in faciem bapti-  
zandi in modum Crucis ad abigendos dæmones,  
ne Baptismum impedian, neve suis temptationibus  
vexent baptizandum, & à Gratiâ per Baptismum  
recipiendâ faciant deficere. 4tò Signatio Crucis  
in fronte & in pectore, ut intelligat, quod non  
solùm interius in corde, sed exterius palam &  
manifestè Crucem Domini IESU Christi crediturus  
& adoraturus sit, 5tò Impositio manûs super bapti-  
zandum cum oratione in Rituali Rom. præscriptâ;  
quâ finitâ sacerdos apprehendit baptizandi manum  
& sic eum in Ecclesiam introducit. Hæc cæremonia  
assumitur imprimis ad imperrandam perseveran-  
tem sanctificationem baptizando; deinde hâc cære-  
moniâ præcluditur via dæmoni, ne semel expulsus  
ad baptizandum redeat. 6tò Exorcismus, quo  
Sacerdos introductum in Ecclesiam exortizat ad  
arcendam virtutem dæmonis ejusque fugandam in-  
cursionem: est enim exorcismus quædam immun-  
di spiritûs increpatio, quam ipse utpote superbus  
sustinere recusat. 7mò. Salis benedicti in os bapti-  
zandi impositio in signum cælestis sapientiæ, quam  
recepto Baptismo gustare debet, 8vò. Iterata ma-  
nuum impositio & signi Crucis in fronte impressio  
& exorzizatio, quibus finitis illius aures & nares  
salivâ tangit dicens: Epheta, quod est adaperire,  
ad aperiendas aures baptizandi ad sermonem &  
eloquium Sacerdotis, nates ut bonum odorem acci-  
piant

piant pietatis æternæ. 9<sup>o</sup>. Impositâ manu iterum benedicit Sacerdos baptizandum. 10<sup>o</sup>. Ad interrogationem Sacerdotis abrenuntiat baptizandus, si sit adultus, alioqui loco ipsius Parrinus, Sathanæ & operibus & pompis ejus. 11<sup>o</sup>. Inungit Sacerdos Catechumeni scapulas & pectus oleo benedicto. 12<sup>o</sup>. Fidem vel per se vel per Patrinum, si sit parvulus profitetur, & hæ cæremoniæ præter designationem Patrini ( de qua specialiter infrà ) Baptismum præcedunt. Cæremoniæ concomitantes Baptismum sunt tempus, quod jam in parvulis est, quamprimum sunt nati, in adultis, quamprimum in fide sunt sufficienter instructi. Locus modò est baptisterium, quod est in Ecclesia, in qua seclusâ necessitate omnes ( exceptis Regum & Principum liberis & nepotibus tam naturalibus quam legitimis, qui in privatis Oratoriis solemniter baptizari possunt ) solemniter sunt baptizandi. Deinde immersio, ablutio vel aspersio aquæ secundum consuetudinem Diœcesis. In Agenda Coloniensi jussu Ferdinandi Archi-Episcopi Coloniensis editâ dicitur optimus modus baptizandi, si teneat manu sinistrâ puerum suprà fontem & manu dexterâ ter aquam affundat super caput pueri, ut per scapulas defluat, Cæremoniæ subsequentes adhuc usitatæ sunt. 1<sup>o</sup>. Unctio Chrismatis illo anno consecrati in vertice baptizati, quâ cæremoniâ significatur, baptizatum ab eo die Christo capiti tanquam membrum conjunctum esse, atque ejus corpori insitum, appellatur enim Christianus à Christo, Christus verò à Chrismate. 2<sup>o</sup>. Vestigium vestis candidæ deportandæ usque ad Dominicam in Albis, quæ exinde nomen fortita est, est vestis, quâ caput baptizati tam parvuli quam adulti regitur. 3<sup>o</sup>. Porrigitur baptizato, si ad-

ultus

De Es  
altus sit,  
ori instill  
zati impo  
& peccat  
cepert,  
bonis ope  
nuptiis re  
tine.

De

DICO hic  
Probati  
Unus Deu  
2. Ex I  
firmiter d  
mii, ubi sta  
prumentia  
Sess. 7. Ca  
Can. II.  
collatum l  
infideles f  
tentiam co  
3. Aut  
can. cum i  
inexpiabil  
damnata e  
lavacrum  
bis subire  
bis unam  
fide Conf  
imm.

UPTATIO XVII,  
uz, god, Impulsus manuic.  
do baptismum, ron. Ad  
dolis absentia baptizan.  
tiqui loco ipsius Parinus,  
impis ejus, rimo Inun-  
scapular & pedis oleo  
vel per se vel per Patri-  
ur, & he ceremonia  
ni (de qua specialiter  
u. Ceremonia con-  
mpos, quod jam in  
ut nati, in adultis,  
sufficienter instructi,  
pudest in Ecclesia,  
(exceptis Regum  
us tam naturalibus  
Orationibus solenni-  
er sunt baptizandi.  
Aspergilo aquæ se-  
cessis. In Agenda  
Archij-Episcopi Co-  
modus baptizandi,  
suprà fontem & ma-  
at super caput pueri,  
monia subsequentes  
natio Christiani illo  
baptizati, quæ cromo-  
ab eo die Christo ca-  
njunctum esse, atque  
latur enim Christianus  
Christi, id. Ve-  
portandæ usque ad Do-  
mum nomen fortita est,  
epson tam parvuli quam  
Ponimus baptizato, si ad-  
ulux

DE ESSENT. MINIST. ET PATRINIS BAPT. 341  
ultus sit, sacra Communio, si infans sit, vinum ejus  
ori instillatur. 4to. Cereus accensus manui bapti-  
zati imponitur in signum, quod expulsis errorum  
& peccatorum tenebris lumen Fidei & Gratiæ re-  
cepit, usque ad finem vitæ conservandum, &  
bonis operibus augendum, ut sic Christo sponso à  
nuptiis revertenti & pulsanti confessim possit ape-  
rire.

### QUÆSTIO III.

#### De Iteratione & Divisione Baptismi.

DICO 1. *Baptismus iterari non potest. S. Th.*  
*hic Q. 66. a. 9. O.*

Probatur 1. Ex illo Apost. ad Eph. 4, ¶. 5.  
*Unus Deus, una Fides, unum Baptisma.*

2. Ex Definitione Conciliorum Lateran. in cap.  
firmiter de sum. Trin. Flôrent. in Decret. Euge-  
nii, ubi statuitur: Tria Sacraenta characterem im-  
primentia in eadem persona non reiterari. Trid.  
Sess. 7. Can. 9. de Sacram. in genere & de Bapt.  
Can. 11. definitis. Si quis dixerit verè & ritè  
collatum Baptismum iterandum esse illi, qui apud  
infideles fidem Christi negaverit, cum ad pœni-  
tentiam convertitur, Anathema sit.

3. Authoritate Patrum, è quibus Leo relatus  
can. cum itaque CXII. Dist. IV. de Conse. Scimus  
inexpiable esse facinus, quoties juxta hæreticorum  
damnata à sanctis Patribus instituta cogitur aliquis  
lavacrum, quod regenerandis semel tributum est,  
bis subire Apostolicâ reclamante Sententiâ, quæ no-  
bis unam prædicat in Trinitate Deitatem, unam in  
Fide Confessionem, unum in Baptismate Sacra-  
mentum.

4. Duplex ratio congruentiae assignatur à S. Th. imprimis : quia Baptismus gerit specialiter figuram mortis & resurrectionis Christi ; ergo sicut Christus semel mortuus jam non moritur , mors illi ultra non dominabitur , ita neque Baptismus iterari potest aut debet. Deinde quia Baptismus est principaliter institutus ad delendum originale peccatum ; ergo sicuti hoc semel deletum non redit , ita Baptismus semel validè collatus reiterari non potest.

5. Ratio fundamentalis est data de Sacramentis in genere : quia Baptismus imprimat characterem indelebilem , proinde eundem effectum bis causare non potest.

Hinc inferes esse gravissimum sacrilegium iteratio fuscipere vel conferre Baptismum , quando morali certitudine constat , priorem Baptismum validè fuisse collatum , & quidem Jure civili pro tali criminis statuitur poena capituli L. 2. C. ne sanct. Baptisma iteretur Lib. 1. tit. 6. & de Jure Canonicco irregularitas Can. qui in qualibet ætate 10. caus. 1. Q. 7. cap. ex literarum 2. de apostat. lib. 5. tit. 9. *Dixi* : si morali certitudine constet : quia quoties rationabiliter dubitatur , vel an alicui Baptismus fuerit collatus , vel an validè fuerit collatus , toties sub conditione tacita vel expressa est reiterandus propter necessitatem hujus Sacramenti : unde 1. Baptismus ab hereticis collatus , modo constet eos debitam materiam ac formam adhibuisse , non est reiterandus . 2dò. Neque rebaptizandi sunt infantes , quos obstetrices instante mortis periculo baptizarunt , modo post debitum Parochi examen non sit ratio suspicandi commissum ab obstetricie defectum in substantialibus sive ex nimia festinatione & perturbatione , sive ex inscitia sive ex malitia ,

ut

De E  
ut si fort  
tunc enii  
& quia  
periculu  
obstetric  
tum est in  
tricibus i  
ne rebap  
appensa  
conditio  
sit incerti  
ministri,  
quod tal  
aliqui di  
infideles  
conjectu  
esse bap  
reperiatur  
possit, C  
mento pi  
cè ad aff  
ubi notat  
tur elicer  
scius pec  
ordinaria  
retractati  
bium co  
lutionen  
Denique  
omitti i  
de Bapti  
DICO  
consequi  
quantum  
... eadē

ut si forte sit suspecta de hæreti, malis artibus &c.  
tunc enim infans sub conditione est rebaptizandus,  
& quia practicè loquendo communiter aliquod  
periculum, ne substantiale quid in Baptismo ab  
obstetricibus omittatur, subsist, salubriter statu-  
tum est in pluribus Diœcesibus, ut omnes ab obste-  
tricibus in periculo mortis baptizati sub conditio-  
ne rebaptizentur. 3tiò. Infantes expositi absque  
appensa schedula collati Baptismi indice sub  
conditione sunt baptizandi, imo etiam si scheda  
sit incerti Authoris non exprimens circumstantiam  
ministri, loci, temporis &c. videtur probabilius,  
quòd tales sint rebaptizandi sub conditione, licet  
aliqui distinguant & asserant talem infantem inter  
infideles expositum, vel de quo est rationabilis  
conjectura à Paganis & Hæreticis expositum esse,  
esse baptizandum, non autem si inter Catholicos  
reperiatur expositus, cùm rationabiliter credi non  
possit, Catholicos velle prolem suam tanto Sacra-  
mento private; sed priori sententiæ videtur practi-  
cè ad assecurandam salutem infantis insistendum:  
ubi notandum, quòd adultus rebaptizandus tenca-  
tur elicere contritionem vel attritionem, si sit con-  
scius peccati mortalis personalis: quia juxta Legem  
ordinariam adulto non dimittitur peccatum, nisi  
retractatum. Deinde peccata post Baptismum du-  
biū commissa esse subjicienda clavibus & abso-  
lutionem desuper esse recipiendam sub conditione.  
Denique ritus & solemnitates accidentales posse  
omitti in rebaptizatione conditionata ob dubium  
de Baptismo validè suscepto.

DICO 2. *Præter Baptismum aquæ potest aliquis  
consequi Sacramenti effectum ex passione Christi, in  
quantum quis ei conformatur, pro Christo patiendo  
... eadem etiam ratione aliquis per virtutem Spiriti n*

*sanc*ti* consequitur effectum Baptismi non solum sine Baptismo aqua, sed etiam sine Baptismo sanguinis, in quantum scilicet alicujus cor per Spiritum sanctum movetur ad credendum & diligendum Deum, & pœnitendum de peccatis: unde etiam dicitur Baptismus pœnitentia. S. Th. hic Q. 65. 2. 11. O.*

Explicat Conclusio communem Baptismi divisionem in Baptismum fluminis, flaminis & sanguinis; Baptismus fluminis est intinctio in aquam, quæ à Christo in Sacramentum est instituta; Baptismus flaminis est non baptizati contriti desiderium suscipiendi Baptismum conceptum ex inspiratione flaminis sacri: hoc desiderium vices Sacramenti gerit, & illius defectum supplet, ideoque vocatur Baptismus: etenim impeditus suscipere Baptismum, si votum illius habeat in contritione vel amore Dei super omnia inclusum, gratiam & remissionem omnis tam originalis quam actualis culpæ consequitur: hic tamen Baptismus non est Sacramentum, ut docet S. Th. L. cit. ad 2. Tertius denique Baptismus sanguinis est martyrium, quo voluntariâ proprii (saltem voluntate habituali in adultis, quia in parvulis operatur martyrum effectum gratiæ remissiæ peccati originalis ex speciali privilegio, licet sint actus propriæ voluntatis incapaces, ut patet in Innocentibus pro Christo occisis, quos Ecclesia ut Martyres veneratur) sanguinis effusione pro Christo quis baptizatur, de quo Marc. 10. v. 38. *Potestis bibere calicem, quem ego bibo: aut Baptismo, quo ego baptizor. baptizari & ipsâ nempe morte & effusione sanguinis.* Appropriatur tamen specialiter hoc nomen: *Baptismus sanguinis* illi martyrio, quod supplet defectum Baptismi, non tamen est Sacramentum. hæc divisio non est univocata sed analoga: quia vox:

Baptis-

## DE ESSENT. MINIST. ET PATRINIS BAPT 345

Baptismus per se est imposita ad significandum Sacramentum regenerationis, Contritio vero & Martyrium in non baptizato hoc nomen solum participat propter quandam analogiam vel convenientiam in effectu, dum sicuti Baptismus ex institutione Christi remittit omnia peccata tam originale quam actuale, ita etiam contritio ex opere operantis, & martyrium ex opere operato passivè vel vi Divinæ promissionis eadem peccata dimittit.

*Obj.* Martyrium remittit culpam & pœnam vel quando est, vel quando non est; sed neutrum dici potest.; ergo.

*R.* Negando Mi. Martyrium enim remittit vel quando est initiativè, cum infligitur vulnus de se lethale, ex quo naturaliter sequatur mors, nisi miraculosè impediatur; vel quando est terminativè, seu in ultimo instanti intrinseco vitæ, quando verum est dicere: jam ultimò est homo, & immediate post non erit, non autem remittit, quando jam est completum; alias remitteret mortuo, & salvaretur, qui, dum vixit, nunquam fuisset in gratia, seu quod idem est, remittit, quando est completum moraliter non physicè.

*Q.* Quænam dispositio ad effectum Martyrii consequendum requiratur in adulto conscientio peccati mortalis?

*R.* Præter voluntatem saltem habitualem subeundi Martyrium, in adulto baptizato, in quo martyrium non supplet defectum Baptismi, si sit conscientius peccati mortalis, habitu opportunitate Confessarii, requiritur confessio peccatorum, aut in defectu Confessarii, conatus ad perfectam conditionem: quia licet probabile sit, attritionem esse sufficientem dispositionem ad justificationem

per martyrium obtinendam, attamen hoc non est certum, propterea ad assecurandam salutem certum tenendum est, idem est de adulto non baptizato: licet enim probabile sit, attritionem cognitam ut talcm esse sufficientem dispositionem ad obtinendam per martyrium gratiam sanctificantem & æternam salutem: quia sancti Patres Martyrium efficaciem tribuunt quam Baptismo; attamen eo casu teneretur aliquis ex parte divino ob probabile periculum æternæ damnationis ad contritionem: quia non est ita certum, quod martyrio remittantur peccata solummodo attritis, sicuti per Baptismum & Pœnitentiam, quæ sunt media à Christo Domino ad hunc effectum instituta. De Martyrio videri etiam potest I. 2. Disp. II. Q. IV. ubi de aureolis Martyrum.

## QUÆSTIO IV.

*De Ministro & Patrino Baptismi.*

**T**riplices est minister hujus Sacramenti. 1<sup>mo</sup>. Minister solemnitatis ex officio. 2<sup>dō</sup>. Minister solemnitatis ex commissione. 3<sup>tiō</sup>. Minister necessitatis.

DICO 1. *Quando Baptismus solemniter & ordinariè celebratur, debet aliquis Sacramentum Baptismi suscipere à Presbytero curam animarum habente, vel ab aliquo vice ejus: hoc tamen non requiritur in articulo necessitatis.* S. Th. hic Q. 67. a. 4. ad 2.

*Prima Pars probatur: Admittere in Dei Ecclesiā & intrà ovile Christi est actus competens Sacerdoti, qui sit Pastor cuiusque proprius, qualis est respectu totius Ecclesiae Summus Pontifex, respectu cuiusque Diœcesis Episcopus, & respectu Paro-*

TARIO XVII.  
dam, atamen hoc non est  
lecurandam fidem cer-  
ti de adulto non bapti-  
ci, attritionem cogni-  
dispositionem ad ob-  
servationem &  
Pates Martyrio  
Baptismo; attra-  
cepto divino ob-  
servationis ad con-  
tra, quod marty-  
baptitis, sicuti  
sunt media  
instituta. De  
isp. II, Q. IV.

IV.

Baptismi

acramenti. 1<sup>mo</sup>,  
fficio, 2<sup>do</sup>. Mi-  
one, 3<sup>to</sup>, Mini-  
solemniter Ord.  
Sacramentum Ba-  
ptismi animarum ba-  
not tamen non requi-  
Th, hic Q. 67, a. 4.

ittere in Dei Eccl-  
actus competens Sa-  
que proprius, qualis  
Summus Pontifex, re-  
Ecclesias, & respectu  
Paro-

De EsSENT. MiNISTR. ET PaTrINIS BaPtT. 347  
Parochia Parochus; quia admittere ad communia-  
tatem fidelium est actus Jurisdictionis, quae non  
habet proxime per characterem ordinis sacerdo-  
talis, sed per concessionem Ecclesiae subditos af-  
signantis; atqui per Baptismum admittitur quis  
intrat Ecclesiam & ovile Christi; ergo baptizare est  
actus competens Sacerdoti proprio.

*Nec dicas:* Ex hoc sequi, quod Sacerdos, qui  
non est proprius Parochus, non possit validè bap-  
tizare, quemadmodum Sacerdos, qui non est  
proprius vel non habet Jurisdictionem, non po-  
test validè absolvere.

Respondetur enim negando paritatem: eò  
quod Baptismus non sit essentialiter actus Judicii,  
sicut est absolutio, ideoque Jurisdiction non requi-  
ritur de necessitate Sacramenti in baptizante, uti  
in absolutione; sed baptizare tantum est actus  
Jurisdictionis ex congruentia, ex qua Ecclesia hoc  
officium commisit solis Parochis & Sacerdotibus  
propriis sicuti & aliorum administrationem.

Quod autem possit solemnis baptizatio à Paro-  
cho committi alteri Sacerdoti. *Probatur:* quia  
illus est intromittere in Ecclesiam & unire corpori  
mystico communis fidelium, qui habet pote-  
statem in corpus Christi mysticum, ille autem ha-  
bet potestatem in corpus Christi mysticum, qui  
illam habet in corpus Christi verum, quam habet  
solus Sacerdos habens potestatem consecrandi Eu-  
charistiam, quae continet verum corpus Christi &  
sanguinem; neque tantum Sacerdoti sed etiam  
Diacono committi potest, ut ob gravem & ur-  
gentem causam solemniter baptizet: ita colligitur  
ex illis verbis Episcopi in Ordinatione Diaconi.  
Diaconum oportet ministrare ad Altare, baptizare  
& prædicare. Quare si Parochus ob infirmitatem,

ex-

excommunicationem vel baptizandorum multitudinem non possit per se ipsum conferre Baptismum nec alius adsit Sacerdos, qui velit aut possit baptizare, potest Diacono dari commissio solemniter baptizandi.

*Secundæ Partis Ratio* est voluntas Christi, qui sicut propter summam hujus Sacramenti necessitatem designavit materiam facile obviam, ita pariter ministrum facile obvium. Debet autem esse necessitas non solum ex parte baptizandi, sed etiam ex parte baptizantis, ut nimirum non adsit dignior aliquis minister, qui in necessitate baptizet: hic enim ordo est servandus, ut præsente Episcopo vel Sacerdote cedat Diaconus, præsente Diacono cedat inferior Clericus, hoc præsente Laicus, præsente fidei infidelis, & per se loquendo vir in baptizando præferendus est fœminæ, & quamvis hunc ordinem prætermittere sine rationabili causa, præferendo non consecratum ministrum consecrato, sit peccatum mortale; potest tamen hic ordo aliquando inverti sine ullo peccato: v. g. si esset præsens obstetrix perita forma, & assistentes viri Clerici & Laici illam ignorarent, aut absque aliqua indecentia baptizando appropinquate non possent.

*Q. 1.* an possit quis seipsum baptizare?

*R.* Negativè: colligitur tam ex præcepto Christi *Euntes docete omnes Gentes baptizantes eos;* quām ex forma Baptismi: *Ego Te baptizo,* in quo utroque indicatur clarè distinctio inter baptizantem & baptizatum.

*Q. 2.* An unus à pluribus ministris possit baptizari?

*R.* Hoc contingere posse dupliciter, imprimis ut singuli integrè & totaliter baptizent, formam integrè pronuntiando & applicando aquam, & quisque

quisque habeat intentionem baptizandi independenter ab alio simul baptizante, & in hoc casu, si simul formam Baptismi absolvant, quilibet validè baptizat: quia quandocunque curi sufficiēt intentione debita materia & forma applicatur subiecto capaci. validè confertur Sacramentum.

*Neo obstat:* Quod plures baptizent, sicut nihil obest in Consecratione Eucharistiae, quod plures Sacerdotes unā cum Episcopo in ordinatione eandem Hostiam consecrent; quia quamvis tunc forent plures Baptismi materialiter, cum forent plures ablutiones & prolationes formae physicè distinctæ, non tamen forent plures Baptismi formaliter & moraliter; quia omnes habent unam eandemque practicam significationem unius Characteris & gratiæ in eodem subjecto, & hi effetti totaliter dependenter ab una causa & virtute principali nempe Deo & Christo, à pluribus autem instrumentis totalibus, nempe Ministris & sacramentis materialibus.

Deinde plures concurrere possunt ad eundem Baptismum per modum causarum partialium v.g. si unus aquam affundat & alter pronuntiet formam, aut si singuli restringant & limitent suam intentionem conferendi Baptismum partialiter & dependenter ab alio combaptizante, & tunc nullum conficitur Sacramentum: quia ex institutione Christi quilibet Minister est causa totalis & in solidum Sacramenti; falsificatur præterea forma: *Ego Te baptizo:* cum nullus totaliter baptizeret.

DICO 2. Requiritur, quod aliquis suscipiat baptizatum de sacro fonte quasi in suam instructiōnem & tutelam. S. Th. h̄c Q. 67. a. 7. O.

Explicatur & probatur Conclusio: Sub gravi præcepto in Baptismo solemnī debet adhiberi Patrinus,

&amp;

& omissione hujus Ritûs est peccatum mortale, cùm sit transgressio præcepti Ecclesiastici in materia gravi. hic autem ritus adhibetur ex antiquissima Traditione; & illius congruentia est, quod generatio spiritualis Baptismi habeat analogiam ad generationem carnalem, unde, sicut in generatione carnali neogenitus indiget nutrice & Pædagogo, ita in hac indiget aliquo subeunte munus spiritualis Instructoris. Jure novo Concilii Trid. Sess. 24. de Reform. Matr. cap. 2. Patrinus debet esse tantum unus vel ad summum duo vir & fœmina, si plures Patrini à parentibus designentur, neque à Parocho vel ob ignorantiam vel negligentiam rejiciuntur, uti deberent rejici, sicut omnes Patrini, adeoque singuli spiritualem cognitionem contrahunt, quod si plures absque designatione velint subire munus Patrini, si rejecto designato à parentibus, alius à Parocho admittatur, hic est Patrinus. Congruentia, cur Trid. non duos Patrinos ejusdem sexus permisit, est, ut regeneratio spiritualis magis carnali assimiletur, quæ duos Patres vel Matres excludit. Officium Patrinorum est 1mò ut baptizandum offerant baptizanti. 2dò ut pro baptizando, si sit incapax, respondeant. 3tò ut teneant baptizandum vel levent de fonte, si fiat Baptismus per immersionem. 4tò ut baptizandum suscipiant de manu baptizantis, unde & susceptores vocantur. 5tò ut ejus curam gerant in christiana instructione, ex quo Patrinus quasi alter Pater appellatur. Hæc tamen obligatio non urget, nisi in defectu proximioris instructoris: quia cura hujus instructionis primò incumbit parentibus & Parocho, quare S. Th. hic a. g. de Patrinis dicit, satis possunt excusari, ubi nutritiuntur inter Catholicos, præsumendo quod à suis parentibus diligenter

RATIO XVII.  
et peccatum mortale, cum  
Ecclesiastici in materia  
libetur ex antiquissima  
ratio est, quod genera-  
analogiam ad gene-  
rificum in generatione  
nec & Padagogico,  
emunus spiritualis  
Tid. Sess. 24 de  
debet esse tantum  
minima, si plures  
sequi a Patrocho  
iam rejiciuntur,  
trini, adeoque  
strahunt, quod  
t subire munus  
enibus, alias &  
nos, Congru-  
utinos ejusdem  
eratio spiritualis  
os Patres vel Ma-  
ximus est 1mō ut  
2dō ut pro bap-  
deant, 3tō ut te-  
t de fonte, si fiat  
to ut baptizandum  
unde & fulcepio-  
m gerant in christia-  
bus quasi alter Pater  
atio non urgeat, nisi  
bonis: quia cura ho-  
bit parentibus & Pa-  
triis de Patriis dicit,  
curvuntur inter Catho-  
licos & parentibus dili-  
genter

DE ESSENT. MINIST. ET PATRINIS BAPT. 351  
genter instruantur, si tamen scitent contrarium,  
tenerentur saluti spirituali tuorum filiorum spiri-  
tualium providere.

Porrò à munere Patrini prohibentur. 1mō Infideles nondum baptizati, qui absolute hujus munere  
sunt incapaces. 2dō Hæretici idque de Jure  
naturali, eò quod oves non sint tradendæ lupis,  
à quibus nulla est spes probæ educationis in fide,  
qui est finis Ecclesiæ in designandis Patrini, sed  
potius oppositum periculum & metus perversiois;  
ideoque si aliquando Patrinus Catholicus haberi  
non posset, rectius fieret, si omitteretur Patri-  
nus, quam si hæreticus adhiberetur. Sunt tamen  
plures, qui in Germania excusare volunt adhibi-  
tioneim Patrini hæretici, ut etiam, quod Catholicus coram hæretico Prædicante baptizante assistat,  
ut Patrinus, ducti hac ratione: quia talis Catholicus nec activè nec passivè concurrit ad indebitam  
Baptismi ministrationem, itmo impedit, ne in-  
terveniat Patrinus hæreticus cum voluntate tales  
infantem in hæresi instruendi. Deinde officium  
Patrini est velle baptizatum suscipere in suam cu-  
ram, eumque si opus sit in vita Christiana instruere,  
quod totum est honestum & licitum. 3tō. Im-  
potes rationis, quippe qui sunt incapaces ad agen-  
dom sponorem pro alio. 4tō. Idiotæ, qui vix  
prima principia & rudimenta fidei noverunt. 5tō.  
Publicè excommunicati & infames moribus. 6tō.  
Parentes respectu propriæ prolis, qui, nisi per  
ignorantiam excusentur, si prolem ita suscipiant  
ex sacro fonte, peccant mortaliter Legis Ecclesiæ  
in re gravi transgressores, ac prohibentur petere  
debitum matrimoniale à se invicem, quamvis, si  
una conjux sit innocens, teneatur pars nocens red-  
dere debitum, cap. si vir vel mulier 2. de cogn.

Spirit.

Spitit. lib. 4. tit. 11. Sive ex ignorantia, sive ex malitia hoc fecerint, non sunt ab invicem separandi, nec alter alteri debitum debet subtrahere ... quia si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur : si ex malitia, eis sua frans non debet patrocinari vel dolus. Nec est paritas inter munus Patrini in necessitate à parentibus subeundum, & inter baptismationem in casu necessitatis à parentibus factam, baptizatio enim est omnino necessaria, unde non inducit cognationem spiritualem inter parentes, si scienter fiat in casu necessitatis. In necessitate autem Patrinus non est necessarius. 7.º. Jure communi Patrini esse prohibentur Religiosi Can. non licet 103. desumpto ex Con. Antisiodorensi in quo ita : Non licet Abbatii vel Monacho de Baptismo suscipere filios ; nec sommatres habeant idem dicitur in Con. Monachi 104. de Consecr. dist. IV. idem habet Rituale Romanum Jussu Pauli V. editum.

## DISPUTATIO XVIII.

## De Subjecto, Necessitate &amp; Effectu Baptismi.

**C**irca Subiectum & necessitatem Baptismi pulchrè Innoc. IV in cap. maiores 3. de Bapt. & ejus effect. Lib. 3. Tit. 42. Cum circumcisio tam adultis quam parvulis ex praecepto Domini conferretur, ne Baptismus, qui succedit loco ipsius, & generalior tamen existit, cum tam viri quam feminæ baptizentur, minoris videatur effectus : tam adultis quam parvulis est conferendus. Sicut enim sine distinctione qualibet Mosaica Lex clamabat : Anima cuius præputii caro circumcisa non fuerit,

peri-